Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



puncta cum mt/secantur circuli a c b et k d l. aut sunt
extra circulum a c b. aut ipsi et tunc aut sunt puncta a et b
aut alia intra eius circumferentiam. Si autem extra ipsum sint
k et l. tunc manifeste apparet propositum quia circulus k d l
abscindit totum de circulo a c b. quod circulus a c b abscindit
de eo et cum hoc superficiem contenta mt arcus a c b et
arcus k d l. tunc plus. Si autem puncta mt/secantur istorum
predictorum circulorum a c b et k d l. ponantur puncta a et b.
hoc quidem est impossibile cum adhuc habuerint intentum quia
circulus k d l. capit de circulo a c b totum quod circulus a c b.
capit de eo. et cum hoc superficiem contenta mt arcus
a d b et a c b. Si autem puncta secantur predictorum circulorum
ponantur intra circumferentiam circuli a c b. sint m et n et
arcus d m secat circulum a c b. in aliquo puncto quod
est mt a et c. et sit o. ducantur itaque due lineae exercitus
h et f. ad o. videlicet h o. et. f. o. Est itaque hic tanquam
h f o. cuius duo latera h o et f o sunt equalia quia
sunt semidiametri circulorum equalium in hypothesi. tunc angulus o h f.
et angulus o f h. sunt equales per 4.m primi euclidis
tunc dimidiat angulus f o h per equalia per 9.m eiusdem
primi euclidis et ducat h li. a dimidies eum usque ad lineam
h f. et sit lia. o p. tunc sunt ibi duo triangula h o p.
et f o p. quorum duo latera o h et o p. triangulum
h o p. sunt equalia duobus latibus alterius o f et o p.
triangulum f o p. quia o h est equalis o f ut determinatum est
et o p est. quae et angulus contentus equis latibus
videlicet h o p angulo alterius f o p. tunc reliqui anguli
equales sunt respicientes equa latera per 4.m primi euclidis
tunc angulus o p h. equalis est angulo o p f. / tunc per diffinitionem
vtrius est rectus et lia o p. perpendicularis ad lineam h f. /
Ducantur ergo a centris f et h lineae ad a. / f. a. / h. a.